apud nos factam Bannitionem et proscriptionem quae contra illum in officio Magci Christophori Kostka de Stemberk Palatini Pomeraniae et Golubien nostri Capitanei ad instantiam Nobilis Christophori Brzechawsky una cum Instigatore officii eiusdem Magci Palatini Pomeraniae in causa occisionis violationis et aggravationis Nobilis Fratris Filii Nobilis olim Petri Brzechawsky edita et promulgata esse dicitur ex vi et superioritatis nostrae Regiae plenitudine sublevari et suspendi esse duximus sublevamusque et suspendimus literis praesentibus nostris hinc ad spacium Sex Mensium a data praesentium computan. Itaque ob eam causam ut de male (uti asserit) obtento iuris contra se processu cum parte sua adversa sine intermissione iure agere et apellationes in ea causa interpositas et non admissas prosequi habeat facultatem. Cuius quidem sublevationis nostrae beneficio ille ad temporis supradicti spacium in Regno et dominiis nostris versari ac coram quibusvis Iudiciorum ac officiorum subsellys potissimum autem in terris Prussiae parere causasque suas defendere ac negocia quaevis licita et honesta peragere poterit. Quod in universum omnibus et singulis quorum interest denuntiamus Mandamusque ut praedictum N. Andream Kowalkowsky per eam sublevationem nostram bannitionis praedictae omnino conservent ab alysque quorum interest observari curent ac eandem ut iuris est pueari faciant. In cuius rei fidem Sigillum Regni etc.

## Arestum Stephani Wargoczky

Sigismundus etc. Scamus

Quod coram Actis Cancellariae nostrae comparens personaliter Nobilis Stephanus Wargocsky habuit ius cessionarium a Famato Alberto Gutwort Cive Torunen. fecit ac posuit officiosum Arestum super summam viginti Millium flor. polon. citra vel ultra prout ex supputationis et calculi determinatione per Commissarios nostros inter Magcum Nieslaum Firley de Dabrowicza Palatinum Lublin etc. Zupparum Torunen. Tenutarium et Famatum Joachimum Heidensfeld Civem ex socijs coetuis suis Torunen. et praedictum Albertum Gutwort debitorem facien. apparuerit. Volens ratione eiusmodi Aresti loco et tempore competen. cum iys quibuscum competierit iure experiri. Quod Arestum Actis nostris ingrossari petyt. In cuius rei fidem Sigillum etc.

## Commissio revisionis Telonei

Sigismundus etc.

Generosis Stanislao Stikowsky de Wojslawicze Secretario Martiano Chelmsky Vexillifero Stanislao Safranieck Zecino